

Notum cupio fore^a omnibus, quod ego Lambertus Wickede^b, rector ecclesiae sancti Benedicti extra oppidum Trotmannorum, varia et diversa reperi de aedificatione et constructione ecclesiae sancti Benedicti, et specialiter, quod primus fundator praedictae ecclesiae fuerit^c quidam^d dux^e Lodovicus^f nomine cum assistentia Trotmannorum. Cuius Lodovici principalis intentio fuit, ut verissime intellexi, quod voluisset claustrum de regula sancti Benedicti de nominata ecclesia, si aliquod^g tempus post inceptionem ecclesiae vixisset, construere^h. Hoc specialiter ab antiquioribus villarum et etiam a propriis parochianisⁱ sancti Benedicti, qui fuerunt probatissimi milites et nobilissimi, percepi, quorum unus dominus Landolphus^k de Rura nominabatur, alius dominus Henricus de Campo, tertius dominus Ernestus Stake. Hi tres fuerunt parochiani sancti Benedicti^l et morabantur iuxta caemiterium; hi fuerunt provisores et procuratores ecclesiae dictae, et iuxta istos viros nobiles morabantur alii boni homines, qui fuerunt cerocensuales^m supra altare beati Benedicti, et multi ex iis habebant et eligebant ibi sepulturas suas et etiam presbiteri, barones, nobiles et meliores terrae fraternitatesⁿ in honorem sancti Benedicti^o habuerunt et Deo et beato Benedicto sicut decet multas reverentias et honores exhibuerunt.

Et semper in die beati Marci evangelistae, quae dicitur Maior Litanía, et in Rogationibus canonici de Sancto Pantaleone cum clero universo et toto populo processionem devotam cum reliquiis sanctorum et vexillis ad praedictam ecclesiam^p fecerunt. Et ibi populus sermonibus devotis instruebatur^q et missa solemniter a clero ibidem decantabatur^r. Et propter devotionem, quae in populo^r et clero vigeat, archiepiscopi Colonienses et saepius in villa Trotmannorum residebant, quia propriam habitationem et curiam ibi habebant, quae erat sita iuxta capellam beatae Margarethae^s virginis, quae dicitur capella archiepiscopi, quia illam semper episcopus pro se et suis quo ad missas celebrandas habebat. Et illa habitatio et curia^t

a) C 'feri'. b) E 'Wicte'. c) ABC 'fuit'. d) A 'quondam'. e) E 'et hoc'. f) E 'Ludewicus' immer. g) ABC 'ad'. h) E 'construxisse'. i) E 'parrochianis' immer. k) E 'Randolfus'. l) In E fehlt 'et morabantur — et multi', aber wohl nur durch ein Versehen des Abschreibers, da später (Mooren S. 203) auf den in dieser fehlenden Stelle genannten Kirchhof (cemeterium predictum) verwiesen wird. m) ABD 'concensuales'. n) BC 'fraternitatis'. o) In ABC fehlt 'habuerunt — exhibuerunt'. p) E 'sancti Benedicti'. q) E 'inserviebat'. r) E 'clero et populo'. s) E 'Margrete'. t) E 'curia (seu) habitatio'.

1) Diese Procession fand nach Westhoff (A, 195) noch im 16. Jahrh. statt, damals aber nach dem Ostenthor hin, wo sich zu der Zeit die Benediktskapelle befand. Vgl. auch S. 524. Während des Processes mit der Stadt behauptet Heinrich von Broke, diese Processionen hätten 'in die Marci et feria secunda Letania Majori' [!] stattgefunden (Dortmunder Stadtarchiv Urk. H. v. B. 8, c. 1390).